

die Kal. Apr. Si vero 6. Kal. Apr. die Dominus resurrexit, 13. circuli prefati tunc extitit annus 5 concurrentes ¹⁾ habens et lunam 14., sicut semper 9. die Kal. Apr. Porro si 5. Kal. supradictarum resurrectio Christi celebrata est, 2. eiusdem cicli existens annus concurrentes habebat 4 et lunam 14., sicut semper 8. die Kal. Apr.²⁾).

Que cuncta 17.^{a)} luna dominici diei ^{b)}, in qua ^{c)} prima sacrosancte eiusdem resurrectionis sunt acta misteria, cursu panduntur in dubio.

Quod ³⁾ autem Dominus 15. luna, feria 6., crucem ascenderit et 1. sabbatorum, hoc est die dominico, a mortuis resurrexit, nulli licet dubitare catholicorum ne legi, que agnum paschalem ^{d)} 14. die 1. mensis ad vesperam immolari precepit ^{e)}, pariter et evangelio, quod Dominum eadem vespera tentum a Iudeis et mane, feria 6., crucifixum ac sepultum, 1. sabbati resurrexisse perhibet: videatur incredulus. Hec Beda dixit.

In his autem tribus prefatis opinionibus secundum lunam resurrectio dominica posset inveniri, ut evangelio conveniret ^{f)}, sed in 5. die Kal. Apr. iuxta cronicas seu regum annos ⁴⁾ omnino non potest. Annus enim est incarnationis 191. ^{g)} sive 57. ante incarnationem secundum Dionysium ⁵⁾).

In 8. quoque Kal. Apr., id est in anno 42. incarnationis iuxta Dionysium, hoc est in anno 4. olimpiadis 205., anno 3. Claudii ^{h)} imperatoris secundum cronicam Eusebii vel Bede ⁶⁾ iuxta sacram evangelii ⁱ⁾ historiam non convenit: Annus enim est 30. post passionem Domini, in quo Iacobus ⁷⁾, filius Alfei ^{j)}, 8. Kal. Apr. in die sancto Pasche passus anno 30. sui episcopatus in Hierusalem, in quo conse-

a) 14. L. b) dies L. c) quo L. d) pascalem V. e) precipit V.
f) cum veniret L. g) folgt secundum Dionysium L. h) Claudii V. i) evangelii V. j) Alfei V.

¹⁾ Das Osterdatum 27. III. erfordert die Konkurrentenzahl 5, denn der 24. III. fällt auf einen Donnerstag.

²⁾ Wenn Ostern am 28. III. gefeiert wird, muß der 24. III. ein Mittwoch sein; das betr. Jahr hat also 4 Konkurrenten.

³⁾ Beda DTR 47, ed. Jones S. 267; vgl. ders., De ratione computi (DRC) c. 17, Migne, PL. 90, 594.

⁴⁾ Cronicae (= Weltchroniken) und regum anni (Herrscherkataloge) bilden die historische Tradition zum Unterschied von der Überlieferung der Evangelien.

⁵⁾ Für das Mittelalter ungewöhnlicher Beleg einer — hier freilich rein theoretischen — retrospektiven Inkarnationsrechnung; vgl. oben S. 203.

⁶⁾ Vgl. Eusebius-Hieronymus GCS 47, 179; Beda chron. mai. 274 ff., MG. AA. 13, 283 f.

⁷⁾ Vgl. Martyrol. Hieronym. vetust. 3, 25. III., Migne, PL. 30, 449. Beda chron. mai. c. 291 MG. AA. 13, 284.